



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Disp. LXXXIV. De affectibus voluntatis Dei in vniuersum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

rerum. Et sic oportet, quod in tantum habeat aliquid esse, aut quodcunque bonum, in quantum est volitum à Deo. Cuiuslibet igitur existenti, Deus vult aliquod bonum. Vnde, cum amare nil aliud sit, quam velle bonum alicui, manifestum est, quod Deus omnia quæ sunt, amat: non tamen eo modo, sicut nos. Quia enim voluntas nostra non est causa bonitatis rerum, sed ab ea mouetur sicut ab obiecto: amor noster, quo bonum alicui volumus non est causa bonitatis ipsius, sed è conuerso bonitas eius vel vera, vel æstimateda prouocat amorem, quo ei volumus, & bonum conseruari quod habet, & addi quod non habet: & ad hoc operamur. Sed amor Dei est infundens, & creans bonitatem in rebus.

Loco citato
in argu. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod amans sic fit extra se in amatum translatum, in quantum vult amato bonum, & operatur per suam prouidentiam, sicut & sibi. Vnde dicit Dionys. 4. c. de diuin. nominib. Audendum est autem & hoc pro veritate dicere, quod & ipse omnium causa per abundantiam amatiuæ bonitatis, extra seipsum fit ad omnia existentia prouidentis.

Ad secundum dicendum, quod licet creaturæ ab æterno non fuerint nisi in Deo, tamen per hoc quod ab æterno in Deo fuerint, ab æterno Deus cognouit res in proprijs naturis. Et eadem ratione amauit. Sicut & nos per similitudines rerum, quæ in nobis sunt cognoscimus res in seipsis existentes.

Ad tertium dicendum, quod amicitia non potest haberi nisi ad rationales creaturas, in quibus contingit esse redamationem, & communicationem in operibus vitæ: & quibus contingit bene euenire, vel male secundum fortunam, & felicitatem: sicut & ad eas proprie benevolentia est. Creaturæ autem irrationales non possunt pertinere ad amandum Deum, neque ad communicationem intellectuales, & beatæ vitæ, qua Deus viuunt. Sic igitur Deus, proprie loquendo, non amat creaturas irrationales amore amicitia, sed amore concupiscentia, in quantum ordinat eas ad rationales creaturas: & etiam ad seipsum, non quasi eis indigeat, sed propter suam bonitatem, & nostram vtilitatem. Concupiscimus enim aliquid, & nobis, & alijs.

Ad quartum dicendum, quod nihil prohibet vnum, & idem secundum aliquid amari, & secundum aliquid odio haberi. Deus autem peccatores in quantum sunt naturæ quædam amat. Sic enim & sunt, &

ab ipso sunt. In quantum verò peccatores sunt, non sunt, sed ab esse deficiunt. Et hoc in eis à Deo non est. Vnde secundum hoc, ab ipso odio habentur.

Conclusio articuli est: Deus amat omnia, quæ existunt. Est etiam de fide Sapientia 2. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Cur vero S. Th. ad res solum existentes Dei referat amorem, disp. seq. etiam dicemus.

DISPV T. LXXXIV.

De affectibus voluntatis Dei in vniuersum.

Quinam affectus Deo non conueniant, cap. 1.

De amore Dei, cap. 2.

Affectum odij Deo conuenire, cap. 3.

De ira Dei, cap. 4.

CAPVT I.

Quinam affectus Deo non conueniant.

Inter passiones animi, seu voluntatis affectus, qui generatim enumerari solent, quidam sine controuersia Deo non conueniunt, de alijs vero non nihil difficultatis est. Sunt autem affectus animi, siue ad concupiscibilem spectantes, siue ad irascibilem, numero præsertim nouem, vt colligitur ex S. Thoma 1. 2. q. 26. ar. 2. 3. & 4. est enim amor, & odium, desiderium, & fuga, spes, desperatio, & timor, gaudium, seu delectatio, & tristitia. Ex his vero primo desiderium; & fuga, quatenus ad proprium bonum referuntur, non requiruntur in Deo: quia cum Deus habeat omne bonum, & nullum sit ei futurum, sequitur nec desiderare posse bonum, nec fugere malum sibi futurum, & in hac sententia loquitur S. Thomas in solutione 2. Cæterum si comparatur desiderium & fuga bono & malo aliorum, (nec enim solum nobis desideramus bonum, & fugimus malum futurum, sed etiam alijs) sic uterque affectus potest Deo tribui. Nobis enim ardentius desiderat bonum, hoc est, vt iuste & pie viuamus, sicut disp. 83. cap. 2. ex Chrysostomo dicebamus, & fugit oppositum, sceleratam scilicet & flagitiosam vitam, quam in nobis videt futuram.

Secundo spes, & desperatio nullo modo Deo conueniunt. Quidam vero sic probant: tum quia spes est circa arduum, & difficile; Deo autem nihil est huiusmodi: tum etiam quia spes non est circa id, quod euidenter cognoscitur esse futurum, vt enim ait Paulus spes autem quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam spectamus. Deus autem euidenter nouit omne futurum. Verum hæ rationes non sunt efficaces: nam & spes circa facile esse potest: non enim differt à desiderio, quod illa sit circa difficile, desiderium autem circa quod: nuncque futurum: quoniam & desiderium circa difficile versari potest: res enim quo difficiliore sunt, eo ardentius desiderare solemus, sed quia desiderium potest esse sine creaturæ eius, quod desideratur, imo etiam si quis firmissime credat oppositum futurum, potest rei desiderium habere: spes autem nisi existimetur, & credatur futurum id, quod desideratur esse non potest. Et hæc est vna ratio differentia inter hos affectus.

Deinde, quod Deus euidenter cognoscit, quid futurum sit, non obest, quo minus hi affectus ipsi tribuantur.

tribuantur. Nam desperatio vere esse potest eius, quod euidenter cognoscitur, non esse futurum. Si enim aliquis suauis aliquorum Mathematicorum eclipsim, quæ reuera futura erat, sperabat non esse futuram, & ita desiderabat, postea euidenter cognoscat, esse futuram, desperabit non fore. Quod uero Paulus ait, huic doctrinæ non adueriatur: ideo enim negat spem eius, quod videtur: quia quod iam videtur, & uisione ipsa quodam modo possidetur, non speratur, ipsa uisione possidendam. Nam cum uisio speratur, postquam habetur, iam amplius non speratur. Spes enim est futuri, & nondum habiti. Nos uero contendimus posse quidem sperari id, quod euidenter cognoscitur esse futurum, & desperationem circa idem similiter esse posse.

Paulus loquitur
de spiritu

Vincit ratio.

S. Thomas.

Timor, & tristitia non
reperiuntur in
Deo: hæc namque
passiones sunt
circa malum
proprium; timor
circa malum
futurum, quod
aliquo modo
creditur, aut
dubitatur
futurum; tristitia
uero circa malum
presens: & quamuis
timor etiam &
tristitia esse possit
de malo proximi,
ex amore, &
caritate erga illum;
in Deo tamen adhuc
hoc modo esse non
potest: eo quod in
nobis timor, &
tristitia etiam sunt
de malo amici
futuro, aut presens;
sunt tamen de illo
ita apprehenso, ac si
esset proprium ac
proinde talis naturæ
in nobis est, ut
etiam passione appetitus
excitet, & moueat.
Deo autem quamuis
displiceat malum nostrum
futurum aut presens,
nunquam tamen ipse
apprehendit illud, ac si
proprium esset, quod
videtur necessarium
rationem timoris, &
tristitiæ de bono amici.
Aliqui existimant ideo
in Deo non esse
tristitiam, & dolorē,
quia nihil ei accidere
potest contra suam
uoluntatem: horum
tamen sententiam
impugnabo infra
disput. 141. cap. 1.
Diximus tamen in
Deo esse desiderium
de bono nostro futuro,
& fugam de malo,
quia ad rationem horum
affectuum, necessarium
non est bonum aut
malum, ut proprium
apprehendi. Inter
timorem etiam &
fugam futuri mali,
hoc est discrimen,
quod fuga esse potest
de malo, quod
apprehenditur ut
futurum, licet non
credatur futurum,
timor autem esse
debet de malo futuro
quod creditur esse
futurum.

CAPVT II.
De amore Dei.

Iam uero dicamus de alijs affectibus, qui Deo tribuuntur, nullamque in sua formali ratione imperfectionem includunt, sic enim quæ Deo conuenire dicimus, ei sunt assignanda, ut in sua ratione formali nullam imperfectionem contineant: si quam uero imperfectionem habent annexam, qualis est in humanis affectibus perturbatio corporalis, non est Deo concedenda: ob id tamen natura ipsa, & ratio formalis affectus non debet ipsi

dēnegari. Talis est secundum omnium sententiam amor, qui formaliter solum est affectus, quo uolumus alicui bonum, non considerata ratione futuri, neque presentis, sed rem solum secundum se considerando: qui quamuis essentialiter in omni affectu prosecutionis quodammodo includatur, ut 1. 2. q. 4. art. 1. explicabitur; per se tamen potest esse actus re ipsa distinctus ab omnibus alijs, quatenus tendit in rem secundum se abstractam a presenti, & futura. Hic igitur non minus proprie Deo tribuendus est, quam ratio uoluntatis, & intellectus. Nam sententia Arist. 2. Rhetor. cap. 4. amare est uelle alicui bonum, & complacere illius habere: ergo amare non minus proprie Deo conuenit quam uelle.

Amor quid.

Completis Deo. Arist.

Porro cum in eodem actu amoris sit duplex respectus, ut docet S. Thom. 1. 2. q. 26. art. 4. Cajetan. ibidem, & Ferrar. x. contra gent. cap. 51. alter ad rem cui uolumus bonum; alter ab bonum ipsum, quod uolumus: ratione prioris dicitur amor amicitiae, ratione uero posterioris dicitur amor concupiscentiae: non quidem duplex actus amoris, sed in eodem actu duplex amoris respectus. Cumque utrumque in Deo necesse sit inueniri, siquidem integra ratio amoris Deo conuenit; difficultas est utrumque amor Dei, quatenus dicitur amicitiae, referri possit ad creaturas irrationales, an solum quatenus est amor concupiscentiae, ad eas terminetur. Ratio uero difficultatis est, quoniam illud dicitur amore amicitiae per se amari, cui uolumus bonum ut bonum ipsius est: creaturæ autem irrationali uult Deus bonum, ut bonum illius est: ergo diligit eam amore amicitiae.

6
Amor amicitiae & concupiscentiae quid. S. Thom. 1. 2. q. 26. art. 4. Ferrar. x. contra gent.

Ratio dubitandi.

Existimo tamen, amorem Dei quatenus est amicitiae, ad res irrationales referri non posse. Sed in eas solum terminari, quatenus est amor concupiscentiae. Sententia est expressa S. Thom. in hoc a. 2. praesertim in solut. 3. Seco. in 3. d. 32. q. 1. ad 2. Dur. q. 1. Pal. q. 3. 4. 3. Gab. q. 1. a. 1. nota. 2. & a. 1. concl. 3. Caprea. in 1. d. 45. q. 1. a. 1. concl. 11. & probatur aperte ex doctrina Arist. 8. Ethic. c. 2. & S. Thom. 1. contra gent. c. 59. ratione 2. dicunt enim, nos non amare res irrationales amore amicitiae, etiam si illis uelimus bonum, ut uino conseruationem, quia res irrationalis & bonum illius diligitur, ut bonum rationalium, quibus natura sua feruntur irrationales, & ideo ait Arist. omnes res irrationales per accidens semper amari: ergo relata ad diuinam uoluntatem non possunt esse obiectum amoris amicitiae, aut beneuolentiae. Cum enim amor beneuolentiae sit inchoatio quaedam amicitiae, ut ait Arist. 9. Ethic. c. 5. & res irrationales esse non possunt obiectum amicitiae, neque uent etiam esse obiectum beneuolentiae: unde li. 7. Eth. ad Eudemum c. 8. docet Arist. amorem beneuolentiae esse initium amicitiae: est enim, inquit, affectio quaedam, qua quis alteri bonum desiderat propter illius uirtutem, non propter suam uilitatem, uel uoluptatem, Neque enim (inquit) prohibet beneuolentia sit, alioquin sequeretur, inquit Arist. nos diligere bestias amore beneuolentiae: id quod merito reputat absurdum, id uero manifeste se qui patet. Quia aliquando bestiis certantibus in circu afficimur, & tamen non ob id illas amore beneuolentiae, aut amicitiae diligimus: quia ipsis afficimur ob nostram uilitatem, aut commoditatem: cum igitur Deus omnia inanimata, & irrationalia diligat, non propter ipsa, sed ob nostram uilitatem aut commoditatem, sequitur eas non esse obiectum

Deus non habet affectionem amicitiae erga irrationales.

7
S. Thom. Scotus. Durandus. Palud. Gabr. Caprea. l. 1. Arist.

Neque affectionem beneuolentiae.

Arist.

8



Homo est obiectum amicitia & benevolentia Dei.

Etiam amoris amicitia & benevolentia, sed concupiscentia solum. Ergo homo cum quo veram amicitiam inire potest Deus, obiectum esse potest amoris amicitia, & benevolentia, qui est inchoatio quaedam amicitia. Hæc enim differt ab amore amicitia, quia amor potest esse ex altera parte tantum, circa illum, cum quo amicitia conciliari potest: at amicitia est mutuus amor vtrique notus, & beneficijs confirmatus, de quo latius 2. 2. q. 27. art. 1. sicut tradit Aristh. 9. Ethicor. c. 5. hac ratione lib. 3. de adoratione disp. 1. c. 6. probavi res irrationales, non posse esse integrum terminum adorationis, sicut neque amoris, prout amicitia, aut benevolentia est. Idem, quod de amore diximus, de affectu gauisij & delectationis dicendum est: nempe Deo formaliter tribuendum esse, non tantum de bono alterius: nam etiam de bono nostro gaudet & delectatur; sed etiam de bono suo: hic enim affectus est de bono presenti, vt præiens est, & ideo non solum de nostro, sed de suo Deus gaudere potest: cum tamen desiderium solum habeat nostri boni, vt c. 1. explicatum manet; non boni proprii: quia desiderium est futuri, sibi autem nihil boni futurum est, sicut nobis.

In Deo est gaudium & delectatio.

9

CAPVT III.

Affectum odij Deo conuenire.

Aliqui negant Deo affectum odij proprie s. Thom. Ferrar. Capreolus. Prima ratio. Secunda ratio.

DE affectu odij aliqua est etiam inter Scholasticos controuersia, an Deo proprie alligari possit. Nam s. Tho. 1. contra gen. c. 99. Ferr. ibi & Capreol. in 1. d. 45. q. 1. art. 1. concl. 8. docent, in Deo non esse proprie odium. Primum respectu ipsius peccati probant, quia odium proprie refertur ad subsistentia, sicut amor; sed peccatum non est res subsistens: ergo nec potest esse obiectum odij. Deinde peccatorem non esse Deo obiectum odij probant, quia voluntas Dei ferri non potest in malum, vt malum est: sed aliquem odio habere est velle illi malum, vt malum illius est, ergo non potest Deus aliquem odire: quare cum Deus alicui inferat malum, voluntas Dei in ipsum malum fertur, quatenus aliquam habet rationem boni, manifestationem videlicet iustitiae suae erga peccatores. Idcirco potius Deus vult iustitiam suam ostendere, quam malum inferre, vt malum est: cum vero Scriptura sæpius dicat, Deum odio habere ipsum peccatum, & peccatores, metaphorice intelligendum putant: quia Deus se habet circa peccatores instar odio habentis, cum inferat illis malum: circa peccatum vero, quod desideret ipsum non esse.

10

Odium in Deo est proprie.

Ego vero existimo secundum proprietatem Deo conuenire odium, non solum peccati: sed etiam peccatoris: hoc est, & odium abominationis, & inimicitia, s. Thom. in art. 2. ad 4. plane, & absque vlla limitatione docuit, Deum odio habere peccatores, non quatenus creaturæ ipsius sunt, sed quatenus per peccatum à rectitudine deficiunt. Quare cenleo, omnia loca Scripturæ, quæ Deo odium attribunt, non metaphorice, sed proprie esse intelligenda. Vt autem hanc sententiam explicemus, & confirmemus, notanda est diuisio quædam, & definitio odij, quam accurate tradit Cap. 1. 2. q. 29. art. 1. aliud inquit est odium abominationis, aliud vero odium inimicitia. Abominationis est displicentia mali, quod nos patimur, aut alij; inimicitia autem est, velle alicui malum, quatenus malum illius est ex displicentia personæ. Explicat deinde

Odium quid est quousplex. Caset.

Amoris odij que discrimen an Caset.

Caset discrimen inter amorem, & odium, & quidem notatione dignum: nam in eodem actu amoris, qui non est aliud, quam velle alicui bonum, inuenitur duplex respectus per modum affirmationis, protectionis, & complacentia, quidam ad personam, ratione cuius dicitur amor amicitia; alter ad rem ipsam, aut ad bonum volitum personæ, ex quo dicitur amor concupiscentia: & nunquam sine his duobus respectibus aliquis actus amoris quo volumus alicui bonum, reperitur: at duplex illud odium constituere potest duplicem actum. Est enim odium inimicitia in vno actu, quo volumus alicui malum, vt malum illius est, ex displicentia personæ; & in hoc actu est duplex respectus, alter quam in amore est quidem respectus ad personam, & hic est per modum negationis, & fugæ, & constituit rationem displicentia, & odij inimicitia, est etiam respectus ad malum, quod personæ desideramus, & illud respicit per modum affirmationis, & complacentia, sicut amor respicit rem concupitam: sed non constituit actum amoris: quia deficit respectus complacentia personæ. Odium vero abominationis est displicentia mali alicuius personæ, vt cum displicet mihi mors propria, aut amici, & hic actus duplicem quoque respectum habet vnum ad personam per modum affirmationis, & complacentia, ex quo essentialiter est amor amicitia, vt dicemus in 3. p. s. Thom. tractantes de contritione, alterum ad malum per modum negationis, & fugæ, seu displicentia, ex quo habet rationem odi abominationis: ergo odisse aliquid odio abominationis, est velle malum alicui. Quocirca s. Tho. 1. 2. q. 29. art. 1. amorem, & odium generatim definiens inquit: amor est consonantia appetitus cum bono: odium vero contra dissonantia appetitus cum malo, quod vt quid ex s. Thom.

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

creatura Dei est, Deo non displiceat, displiceat tamen, quatenus peccatis facta est, vt autem sit odium creature, velle illi malum, satis est, si peccator ipse displiceat aliqua ratione, & ob eam moueatur affectus ad volendum illi malum, vt malum illius est. Neque enim necessarium est ad rationem odij inimicitie, malum volitum personae esse malum illius, ea ratione, qua ipsa persona displicet: sed ad quod reuera sit malum illius, & vt tale volitum ex displicitia eius sub hac, vel illa ratione. Vnde iudex qui propter flagitium punit aliquem eo quod iustum est, & ipsum vt flagitiosum detestatur, vere & proprie habet odium inimicitie, non ex displicitia personae, vt talis homo est, vel aliqua alia priuata ratione: sed quia homo flagitiosus est: quocirca tale odium est secundum virtutem. Porro Deum infligendo poenam propter delictum velle peccatori malum, vt malum illius est patet: quia infligere ei mortem, & alia mala: prout habent veram rationem poenae, sed poena, vt poena, est malum illius, qui illam patitur: ergo vult Deus peccatori malum, vt malum illius est, & ex displicitia ipsius. Id vero fiet magis perspicuum in solutione posterioris argumenti, quod adduxit Ferrar.

cienter ferri potest in malum ex odio inimicitie. Quod vero in eo consideret rationem boni iustitiae vel aliquid aliud non obstat, quo minus velle illud malum ex displicitia personae vere, & proprie sit odium inimicitie: ad rationem enim odij non requiritur, vt malum poenae sit volitum sine vlla ratione boni in ipso: hoc enim est impossibile, etiam in nobis: ac proinde si id requiretur, nec affectus odij in nobis esse possit. Satis igitur est, si malum expresse sit volitum ex displicitia personae, vt affectus veram habeat rationem odij inimicitie. Ceterum obseruandum est, tantam esse bonitatem, & benignitatem Dei erga nos, vt nulla alia ratione ei displicere possimus, nisi quatenus peccatis deformamus eius imaginem in nobis, & hac sola ratione potest nos odio prosequi, & velle nobis malum, vt malum nostrum. Ratio vero est quia neque nos alio modo Deo aduersi, & contrarij esse possumus, quam ratione peccati. Sed vnus homo multis modis potest alium odisse, & malum illi velle ex displicitia ipsius, quia multis modis potest ipsum sibi aduersarium existimare.

CAPVT IV.

De ira Dei.

Ad illius vero explanationem obseruanda est doctrina, qua fustius trademus in 1, 2 q. 8. a. 1. nempe qua ratione verum sit axioma illud vulgare *Voluntas tantum est boni*, voluntas inquam, non facultas, sed affectus per modum perfectionis. Oportet autem distinguere in obiecto voluntatis rem volitam, & rationem volendi illam. Si loquamur de re volita: non tantum est bonum, sed etiam malum, vt malum, non modo alterius, sed etiam proprium, ex displicitia alterius aut proprie personae. Ratio autem volendi semper est bonitas aliqua, aut propria, aut amici. Talis enim naturae voluntas est, vt bono proprio bonum amici praepontat, & honestum iudicat, & secundum rectam rationem. In visu similiter est id, quod videtur, vt paries, & ratio videndi, vt color, sed diuerso modo quam in voluntate: nam materiale quod videtur, non videtur distincte, & per se, sed per aliud, nempe per colorem. At voluntas per se & expresse vult hanc, aut illam rem, hoc aut illud malum: ratio tamen volendi est bonitas coniuincta. Hac ratione non solum possumus distincte, & expresse velle malum alteri, vt malum est, ex displicitia personae: sed nobis etiam ex displicitia nostri: quo odio sancto prosequimur nosmetipsos, cum consideramus nos peccasse contra Deum; & ex displicitia nostri nobis malum poenae inferimus, vt malum est: sed ratio volendi hoc malum est bonitas quam in ipsa inflictione poenae consideramus.

Hinc patet solutio argumenti posterioris Ferrar. & S. Thom. cum enim vulgo dicitur, voluntatem ferri non posse in malum, & peculiari ratione diuinam, sic est intelligendum, vt in malum etiam poenae voluntas non feratur, nisi ratione alicuius bonitatis coniuinctae: in malum vero culpa humana quidem voluntas ferri non possit, nisi eodem modo: diuina vero nullo modo, sub aliqua etiam ratione boni tendere possit: hinc tamen non fit, vt Deus non possit odio inimicitie prosequi peccatorem. Nam homo, vt peccator, displicet Deo & hac ratione Deus bonum iudicat ei infligere poenam, vt malum illius est. Quia in hoc bonum ali- quod etiam considerat: ergo voluntas eius suffi-

Malum pro
sequitur
satis, si
ipso ratione
vult.

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

AN vero affectus irae proprie in Deo reperitur quationem habet: de qua re Lactantius peculiarem librum edidit, in quo quidem cap. 4. inquit errorem fuisse Epicureorum, in Deo neque esse gratiam, id est, amorem, neque iram: quate Deum veluti sine sensu fecerunt, qui nec bona approbaret, nec mala puniret: quae non tam beatitudo, quam stupor, & torpor insensibilis iudicari debet. Quod si Epicuram iram negassent, vt neque promerentiam, nec voluntatem puniendi mala concederent, perperam quidem sensissent. Si vero negassent affectum irae secundum proprietatem, nulla nota eorum sententia digna ex ea parte esset: nam quatenus amorem quoque Deo aufererant, manifestus erat error eorum.

Stoici vero auctore eodem Lactantio c. 5. Deo amorem tribuebant, sed iram negabant, ne vllam animi perturbationem in eo ponerent. Quare putat Lactantius, eos ita vindictam malorum a Deo semouisse, vt eum nulli nocere dicerent: quod si iram Deo denegabant, errabant plane: nam & ipse vindex malorum est, vt optime demonstrat Lactantius, & passim Scriptura clamat.

Ideo Lactantius, vt horum declinaret errores, per multa scripta docuit in Deo esse proprie iram, quam ipse nihil aliud esse putans, quam voluntatem puniendi delicta. Reiectis enim aliorum philosophorum definitionibus c. 17. ipse ita iram definit: *Est motus animi ad coercendum peccata insurgentis.* Cum igitur in Deo talis sit affectus, vt ex Scriptura plane colligitur, sequitur, ipsi conuenire iram secundum propriam, & formalem rationem, tamen furor, & ira, quae vitiosa est, & cum animi perturbatione, Deo non sit tribuenda: hoc patet centies Scripturae testimonia sine tropo, & figura explicanda esse: nisi vbi Deo tribuuntur, & furor cum perturbatione, vt Psalm. 77. *Et exiratus est tanquam dormiens dominus, & tanquam potens iraspiratus a vino.*

Ceterum multo verius est, affectum irae non solum cum corporali commotione, & perturbatione, sed etiam secundum rationem suam formalem.

Non potest
Deus ovis
prosequi ho-
minem, nisi
peccatorem.

Epicureorum
error ex La-
ctantio.

Error Sto-
icorum ex La-
ctantio.

Sententia
Lactantij de
ira Dei.

In Deo non
est ira secon-
dam suam
rationem
formalem.

S. Thomas.

Patrum au-
thoritatem fir-
matur.

Origen.

19
Epiphanius.
Chrysolostomus.
Nazianzenus.
Basiliscus.
Cyrillus.
Damasceus.
Cyprianus.
Ambrosius.
Hieronymus.
Augustinus.

S. Thom.

Quando af-
fectus aliquis
in Deo sit
proprie, aut
metaphorice.

20

S. Thom.

Quando af-
fectus aliquis
includat for-
maliter im-
perfectionem.

lem Deo non convenire : & hæc est communis Theologorum, & Patrum sententia: ex Scriptoribus scholasticis non memini me legisse alium præter S. Thom. art. 1. huius questionis in solutio. Secundo qui expresse ita doceat; sed nec vllus est, qui oppositum asserat, & in scholis sententia Doctoris Sancti receptissima est. Ex Patribus vero innumeri sunt, qui hunc affectum secundum metaphoram, sicut pedes, manus, & reliqua membra, Deo esse tribuendum affirmant. Verum non tam ad formalem rationem affectus, quam ad corpoream perturbationem, quam habet coniunctam respexisse videntur. Sic ex Græcis Origen. homil. 2 in c. 2. iudicium circa finem, & in illud ad Rom. 1. Remota ira Dei, & lib. 4. contra celsam, exponens illud Deut. 23. Accommodavit se tuis moribus, Epiphanius. hæres. 38. post medium. Chrysolostomus. sermone de poenitentia non longe à fine in 5. tomo. Nazianzenus in carmine lambico 21. Basiliscus in illud Psal. 37. Neque in ira tua corripas me, satis post medium, Cyrillus lib. 5. contra Iulianum post medium, Damasceus. de fide c. 14. Ex latinis vero Cyprianus ad Demetrianum circa finem, Ambrosius in illud Psal. 37. Domine ne in furore tuo, Hieronymus in illud Psal. 29. Quoniam ira in indignatione eius. & in illud Ier. 65. Iste sumus. Augustinus. epist. 157. & 13. de Trinitate. cap. 16. & in illa verba Psal. 105. Et iratus est furore dominus. & lib. 8. quæst. q. 52. nullus tamen eorum, aut aliquis alius docet, misericordiam proprie in Deo non esse, quæ eodem modo cum corporea perturbatione, & compassione esse solet. Foran ad formalem rationem affectus ira attendisse quoque videntur: & ob id etiam hunc affectum iræ secundum proprietatem Deo denegarunt: quod nec sine perturbatione adhuc Deo proprie conveniret; sicut expresse asseruit S. Thom. cum docuit secundum rationem formalem iram in Deo non esse.

Verum id, quod diximus, probemus, & de reliquis facilius iudicare possimus, observandum est: cum quaeritur de aliquo affectu, vel virtute an sit in Deo formaliter, aut metaphorice, semper esse questionem de illo, ut communiter à philosophis, & in ea arte peritis, definitur: nam si liceret novas etiam confingere definitiones, plura Deo tribueremus, quam tribuimus. Et quamvis omnia, quæ in homine, & Angelis inveniuntur, non tribuantur Deo secundum vniuocam rationem, secundum quam semper aliquam continent imperfectionem, quæ Deo convenire nequit; quam obrem diximus supra disp. 22. omnia, quæ de Deo dicuntur, ex sententia Patrum quodammodo translativè dici: tamen quedam peculiari ratione Deo conveniunt etiam analogice, quod in sua ratione formali, quantumvis abstracta, imperfectionem denotant, ut optime observavit Doctor Angelicus in solutione 2. veluti temperantia, quæ formaliter consistit in eligenda mediocritate sibi & potus, & reprimenda nimia delectatione gustus. Aliter dicendum est de sapientia, quæ licet in homine sit accidens; tamen secundum rationem analogicam proprie etiam substantia ipsa Dei sapientia dicitur.

Nunc igitur videndum superest, utrum affectus iræ, secundum rationem suam formalem intrinsece imperfectionem aliquam habeat, an non, hoc autem iudicari debet, ex obiecto, circa quod versatur. Nam sapientia versatur circa verum, quod ita potest esse obiectum sapientiæ, quæ est accidens, qualis est creata sapientia, sicut sapientia,

quæ est substantia, qualis est increata. Temperantia vero, quia tanquam obiectum, & materiam circa quam habet medioeritatem sibi, & potus, spiritus convenire proprie non potest. Quia igitur versatur circa obiectum aliquod comparatè, & relatione quadam, quæ necessario includit imperfectionem secundum proprietatem Deo tribui non debet. Hæc autem imperfectio ex definitione, quam tradunt philosophi manifestè colligitur.

In primis Aristoteli. 1. de anima cap. 1. textu 16. duplicem iræ definitionem tradit, alteram, quam ipse appellat per materiam, quæ per effectum, & perturbationem corpoream iram explicat, hoc modo Est sanguinis, aut caloris eius, qui circa cor est, feruor, ebullitione. alteram quæ rationem ipsam formalem ita declarat hoc pacto: Est appetitus doloris vicissim adversario insensendi. Omnia vero priora, de qua non est controuersia, ex posteriori definitione constat iram secundum formalem ipsius rationem Deo non convenire: nisi aliam rationem illius excogitare sine fundamento velimus. Nam vt bene notavit S. Thom. & colligitur ex posteriori definitione ne tradita ab Aristoteli ille qui irascitur prius tristitiam, aut dolorem ab alio illatum passus est, feruor illi respondere contendit: Deus autem non potest ab alio tristitiam pati, quantumvis peccatis offendatur, ergo cum peccata non irascitur proprie, sed effectus ipso ita se gerit, ac si esset iratus. Neque vero definitio prædicta solius est Aristoteli, tametsi eius sola auctoritas sufficere nobis deberet: sed omnes etiam philosophi eam amplectuntur. Ex antiquis vero Cicero, quem refert Lactantius. c. 17. circa finem inquit: ira est libido vicissendi. Possidonium apud eundem Lactantium eodem c. satis ante finem sic definit: Cupiditas puniendi eius, à quo remigere poterit. Seneca lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 3. ait: Ira est concitatio animi ad vltionem voluntate, & iudicio pergens: hanc vero dicit ortum habere ex iniuria illata. Damasceus lib. 2. de fide c. 16. cum initio capitis adduxisset definitionem iræ ex parte materie, deinde plures acceptiones illius assignat, & in omnibus formalem rationem in eo constituit, vt sit appetitus reuocationis, & vltionis ex accepta iniuria. Denique Nyssen. lib. 4. de vltionibus c. 13. asserit definitionem vltionem, quæ Aristoteli assignauit, & hanc inquit esse formalem, reuocationis appetitus: id ipsum explicauit Aristoteli. 2. Rhetoricæ c. 2. in principio, & c. 4. circa finem, cum ait, Qui irascitur, dicitur: quare iram, ait, esse apparentem vltionis appetitum cum dolore propter apparentem in se, vel in suos contemptum. Idque exemplo quo videtur Ambrosius loco superius citato optime probat: quis enim dicat, iudicem, qui illatum iniuriam in se, vel in suos absque vlla, non dico corporis perturbatione, & concitatione sanguinis, sed etiam absque animi tristitia debitam infligit penam peccati, contra delinquentem irasci: ergo absque fundamento Lactantius omnes definitiones, quas connumerauimus rejicit; asseritque illis tantum definiti iracundiam, & furorem, quæ in solam hominem conuenire potest, & vitiosa est: & subdit, ita ergo definire debuerunt, Ira est motus animi ad coercenda peccata insurgentis, vt hac ratione defendat in Deo iram proprie reperiri: immo merito igitur ita docuit. Nam vt initio notabamus, cum de affectu aliquo quaeritur, an Deo tribui debeat, de illo loquimur secundum communem apud philosophos, & peritos in arte, nominis significationem. Nam frustra nomè illud aliud significare dicemus

vt significatum illius Deo tribuamus. Quocirca nos non negamus Deo competere iram, vè Lactantio dicitur; sed dicimus, eam non esse significationem huius nominis, nisi quate nus est doloris illati vindicta, vt explicatum est.

ARTICVLVS III.

Vtrum Deus equaliter diligit omnia.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod Deus equaliter diligit omnia. Dicitur enim Sapient. 6. equaliter est ei cura de omnibus. Sed prouidentia Dei quam habet de rebus est ex amore, quo amat res: ergo equaliter amat omnia.

2. Præterea, Amor dei est eius essentia. Sed essentia Dei magis & minus non recipit: ergo nec amoris eius. Non igitur quædam alijs magis amat.

3. Præterea, Sicut amor Dei se extendit ad res creatas, ita & scientia, & voluntas. Sed Deus non dicitur scire quædam magis, quam alia, neque magis velle. Ergo nec magis quædam alijs diligit.

Sed contra est, quod dicit Augustin. super Ioan. Omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales: & illis eas amplius, quæ sunt membra vnigeniti sui: & multo magis ipsum vnigenitum suum.

Respondeo dicendum, quod cum amaretur velle bonum alicui, duplici ratione potest aliqui magis vel minus amari. Vno modo ex parte ipsius actus voluntatis, qui est magis vel minus intentus. Et sic Deus non magis quædam alijs amat, quia omnia amat vno & simplici actu voluntatis, & semper eodem modo se habente. Alio modo ex parte ipsius boni, quod aliquis vult amato. Et sic dicimur aliquem magis alio amare, cui volumus maius bonum: quamuis non magis intenta voluntate. Et hoc modo necesse est dicere quod Deus quædam alijs magis amat. Cum enim amor Dei sit causa bonitatis rerum, vt dictum est, non esset aliquid alio melius, si Deus non vellet vni maius bonum quam alteri.

Ad primum ergo dicendum, quod dicitur deo equaliter esse cura de omnibus, non quia equalia bona sua cura omnibus dispenseret, sed quia ex equali sapientia, & bonitate omnia administrat.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de intentione amoris ex parte actus voluntatis, qui est diuina essentia. Bonum autem quod Deus creaturæ vult, non est diuina essentia. Vnde nihil prohibet illud intendi vel remitti.

Ad tertium dicendum, quod intelligere & velle significant solum actus: non au-

tem in sua significatione includunt aliqua obiecta, ex quorum diuersitate possit dici Deus magis vel minus scire aut velle, sicut circa amorem dictum est.

In cor. ar.

Explicatio articuli.

PRior conclusio est: Ex parte ipsius affectus voluntatis Deus omnia equaliter diligit: hoc est, equali modo eodem actu: aliter, quam nos, qui intensiori, & minus intenso diuersa diligimus. Posterior conclusio, Ex parte boni quod Deus alicui vult, magis vnum diligit, quam alium quatenus vni maius vult bonum, quam alteri. Doctrina hæc maxime obseruanda est, pro ijs præsertim, quæ dicemus infra disp. 89. c. 13. vbi ostendemus, ante præuisa merita non magis vnum, quam alium amari, aut eligi ad vitam æternam: tamen magis ametur, & eligatur ad gratiam: id quod ex doctrina huius articuli aperte probabitur: ratio vero est manifesta. Quoniam cum voluntas Dei sit eius essentia, & eatenus dicatur, habere rationem dilectionis, aut odij, quatenus ad hoc obiectum, vel illud refertur in se vero maior, & minor esse non possit, consequens est, ex parte ipsius vnum non diligi magis, quam alium; sed totam inæqualitatem ex parte boni voliti, ad quod in ratione volitionis refertur pensandam esse.

Prior con-
clusio.

Posterior.

Ratio vtri-
usque.

24

ARTICVLVS IV.

Vtrum semper Deus magis diligit meliora.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod Deus non semper magis diligit meliora. Manifestum est enim quod Christus est melior toto genere humano cum sit Deus & homo. Sed Deus magis dilexit genus humanum, quam Christum; quia dicitur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Ergo Deus non semper magis diligit meliora.

130

3 d. 32. ar. 5.
q. 1. 2. 3. & 4.
& d. 31. q. 2.
ar. 3. q. 2.

2. Præterea, Angelus est melior homine. Vnde in Psalm. 8. dicitur de homine. Minuisti eum paulo minus ab Angelis. Sed Deus plus dilexit hominem quam Angelum. Dicitur enim Hebr. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abraham apprehendit, ergo Deus non semper magis diligit meliora.

3. Præterea, Petrus melior fuit Ioanne quia plus Christum diligebat. Vnde Dominus sciens hoc esse verum, interrogauit Petrum dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? Sed tamen Christus plus dilexit Ioannem quam Petrum. Vt enim dicit August. super illud Ioannis 20. Simon Ioannis diligis me: hoc ipso signo Ioannes à cæteris discipulis discernitur: non quod solum eum, sed quod plus eum cæteris diligebat. Non ergo semper magis diligit meliora.

Tract. ult. in
Ioan. inter
prim. & med.
io. 9.

Capit. 2. in
Isaiam super
illud pecca-
tu in vi So-
domæ prædi-
cauerunt,
tom. 5.

4. Præterea, Melior est innocens penitente, cum penitentia sit secunda tabula post naufragium, vt dicit Hieronym. Sed Deus

Deus plus diligit pœnitentem quàm innocentem, quia plus de eo gaudet. Dicitur enim Luca 15. Dico vobis, quod maius gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Ergo Deus non semper magis diligit meliorem.

5. Præterea Melior est iustus præcitus quam peccator prædestinatus. Sed Deus plus diligit peccatorem prædestinatum, quia vult ei maius bonum, scilicet vitam æternam. Ergo Deus non semper magis diligit meliora.

Sed contra: vnumquodque diligit sibi simile, vt patet per illud, quod habetur Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile. Sed in tantum aliquid est melius, in quantum est Deo similis. Ergo meliora magis diligitur à Deo.

Art. 2. 3.
præced.

Respondeo dicendum, quod necesse est dicere secundum prædicta quod Deus magis diligit meliora. Dicitur enim, quod Deum diligere magis aliquid nihil aliud est quam ei maius bonum velle. Voluntas enim Dei est causa bonitatis in rebus. Et sic ex hoc sunt aliqua meliora, quod Deus eis maius bonum vult. Vnde sequitur, quod meliora plus amet.

Ad primum ergo dicendum, quod deus Christum diligit, non solum plus quam totum humanum genus, sed etiam magis quam totam vniuersitatem creaturarum: quia scilicet ei maius bonum voluit, quia dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt verus Deus esset nec eius excellentia deperijt ex hoc, quod Deus dedit eum in mortem pro salute humani generis: quinimo ex hoc factus est victor gloriosus. Factus n. est principatus super humerum eius, vt dicitur Isai. 9.

Art. præc.

Ad secundum dicendum, quod naturam humanam assumptam à Dei Verbo in persona Christi (secundum prædicta) Deus plus amat quam omnes Angelos: & melior est, maxime ratione vniõnis. Sed loquendo de humana natura communiter, eam Angelicæ comparando secundum ordinem ad gratiam & gloriam æqualitas inuenitur: cum eadem sit mensura hominis, & Angeli, vt dicitur Apoc. 20. ita tamen quod quidam Angeli quibusdam hominibus, & quidam homines quibusdam Angelis quantum ad hoc potiores inueniuntur. Sed quantum ad conditionem naturæ Angelus est melior homine. Nec ideo naturam humanam assumpsit Deus, quia hominem absolute plus diligeret, sed quia plus indigebat. Sicut bonus pater familias aliquid præ-

Apoc. 20.

tiosus dat seruo ægrotanti, quod non dat filio sano.

Ad tertium dicendum, quod hæc dubitatio de petro & Ioanne multipliciter soluitur. Augustinus, namque refert hoc ad mysterium dicens, quod vita actiua, que significatur per Petrum, plus diligit deum quam vita contemplatiua, quæ significatur per Ioannem, quia magis sentit presentis vitæ angustias, & æstuantius ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Contemplatiua vero vitam Deus plus diligit: quia magis eam conseruat. Non enim finitur simul cum vita corporis, sicut vita actiua. Quidam vero dicunt, quod Petrus plus dilexit Christum in membris: & sic etiam à Christo plus fuit dilectus. Vnde ei Ecclesiam commendauit. Ioannes vero plus dilexit Christum in seipso. Et sic etiam plus ab eo fuit dilectus. Vnde ei commendauit matrem. Alij vero dicunt, quod incertum est quis horum plus Christum dilexerit amore charitatis, & similiter quem Deus plus dilexerit in ordine ad maiorem gloriam vitæ æternæ. Sed Petrus dicitur plus dilexisse quantum ad quandam promptitudinem, vel feruorem. Ioannes vero plus dilectus quantum ad quædam familiaritatis indicia, que Christus ei magis demonstrabat propter eius iuuentutem, & puritatem. Alij vero dicunt, quod Christus plus dilexit Petrum quantum ad excellentius donum charitatis. Ioannem vero plus quantum ad donum intellectus. Vnde simpliciter Petrus fuit melior & magis dilectus: sed Ioannes secundum quid. Præsumptuosum tamen videtur hoc diiudicare, quia vt dicitur Prou. 16. Spirituum ponderator est dominus, & non alius.

Ad quartum dicendum, quod penitentes, & innocentes se habent sicut excellentia, & excessa. Nam siue sint innocentes, siue penitentes, illi sunt meliores, & magis dilecti, qui plus habent de gratia. Carteris tamen paribus innocentia dignior est, & magis dilecta. Dicitur tamen Deus plus gaudere de pœnitente quam de innocente: quia plerumque penitentes cautiore, humiliore, & feruentiore resurgunt. Vnde Gregor. dicit ibidem, quod vix in prælio eum militem plus diligit, qui post fugam conuersus fortiter hostem premit, quam qui nunquam fugit, nec vquam fortiter fecit. Vel alia ratione, quia æquale donum gratiæ plus est comparatum pœnitenti, qui meruit penam, quam innocenti, qui non meruit. Sicut centum marchæ maius donum est si dentur pauperi, quam si dentur Regi.

Ad

Ad quintum dicendum quod cum voluntas Dei sit causa bonitatis in rebus, secundum illud tempus pensanda est bonitas eius, qui amatur à Deo secundum quod dandum est ei ex bonitate diuina aliquod bonum. Secundum ergo illud tempus, quo prædestinato peccatori dandum est ex diuina voluntate maius bonum, melior est, licet secundum aliquod aliud tempus sit peior: quia & secundum aliquod tempus non est nec bonus, neque malus.

Conclusio huius articuli ex præcedenti sequitur, nimirum, Deus magis diligit meliora: nam si inæqualitas amoris in Deo non ex parte affectus in se, sed ex ordine ad maius, & minus bonum sumenda est, sequitur meliora magis à Deo amari.

Dilatationes circa articulum.

Prior dubitatio est circa solutionem 3. Quis à Christo fuerit magis dilectus S. Ioannes Euangelista, an S. Petrus. Alex. 1. p. 9. 32. m. 4. absolute docet, Petrum magis fuisse à Christo dilectum. Probat ex illo Prouerb. 8. Et diligentes me diligo: ergo eos etiam magis diligit deus, à quibus ipse magis diligitur. Et quamuis locus ille Prouerb. de sapientia in uoluerit intelligitur, eo quod qui dilignant sapientiam, ipsa etiam illos diligit, hoc est, illis se præbet nihilominus aliunde id ipsum probari potest. Qui enim diligit Deum, diligitur à Deo, Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum & qui magis diligitur: Petrus autem dilexit Christum plus, quam ceteri Apostoli, Ioannis enim 21. interrogatus à Christo, an plus diligeret ipsum, ter illud affirmavit, cui triplex responsio Dominus concessit dicens. Vase oues meas: ac si diceret, Quia plus diligit me, pasce oues meas: ergo Petrus magis fuit dilectus à domino. Quocirca Gab. in 3. d. 3. q. 1. art. 3. dub. 3. sub conditione concedit, Petrum à Christo plus ceteris fuisse dilectum, si ipse etiam plus Deum amauit. Fauent huic sententiæ Nazian. zen. in oratione ad Iulianum tributorum exæquationem, quæ est 9. ubi Petrum appellat Apostolorum Deo charissimum, cum pro eo Dominus soluerit didagma. Et Cyril. Alex. lib. 12. in Ioann. cap. 64. cum ait, Petrum amorem erga Dominum ceteris Apostolis amorem habuisse.

Contra uero Hieron. lib. 1. contra Iouinia. ex multis titulis probat, Ioannem Euangelistam fuisse magis dilectum à Deo: & ita Dionys. de Eccl. Hierar. 3. p. & Tertull. lib. de prescriptionibus aduersus hereticos cap. 2. appellant Ioannem carissimum, seu dilectissimum. Quod uero Petro dederit clauis regni caelorum, & primatum Ecclesie sue, non mirum, inquit Hieronymus, etati enim delatum est, ut ceteri tanquam seniori auscultarent.

Augustinus tamen tractatu ultimo in Ioann. non audet litem dirimere, & decernere, quisnam eorum sanctitate, & caritate præstiterit, sed mysticis quibusdam interpretationibus utramque sententiam conciliare conatur. Sic etiam S. Thom. in hoc articulo in solut. 3. & Bonau. in 3. d. 32. q. vii. nihil de hac re definiunt: sed loca Scripturæ, quæ vni, aut alteri fauere videntur, ita interpretantur ut Petrus fortius Christum dilexerit, Ioannes uero familiaris, utrius autem sanctitas maior fuerit, non decernunt.

Vasquez in 1. parti. Tomus 1.

Posterior dubitatio est circa solutionem 5. qua videlicet ratione dicat S. Thom. prædestinatum aliquo tempore nec bonum, nec malum esse, cum in hac vita mortali inter hæc duo non videatur esse aliquod medium. Omissis duabus solutionibus, quas adhibet Caietanus, tertio cum eodem respondetur, id verum esse de tempore, quo prædestinatus nondum est nec natus, nec conceptus tunc enim nec bonus, nec malus, etiam per originale peccatum esse potest.

Dub. 2. S. Thom. 4.

Caietan. Solutio.

QVÆSTIO XXI.

De iustitia, & misericordia Dei.

Post considerationem diuini amoris de iustitia, & misericordia eius agendum est.

Et circa hoc quaruntur quatuor.

In hac quaestione dissentit S. Doctor de affectibus, qui secundum virtutem deo continentur, ut ita exacte nobis tradat, quicquid ad facultatem voluntatis pertinet.

ARTICVLVS I.

Vtrum in deo sit iustitia.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod in Deo non sit iustitia. Iustitia enim contra temperantiam diuiditur, temperantia autem non est in Deo: ergo nec iustitia.

137
4. 11. 46. q. 1.
1. 1. q. 1. & 2.
concl. 93.

2. Præterea, Quicumque facit omnia pro libito suæ voluntatis, non secundum iustitiam operatur. Sed sicut dicit Apostolus ad Ephes. 1. Deus operatur omnia secundum consilium suæ voluntatis: non ergo ei iustitia debet attribui.

3. Præterea, Actus iustitiæ est reddere debitum, sed deus nulli est debitor: ergo deo non competit iustitia.

4. Præterea, Quicquid est in Deo, est eius essentia: sed hoc non competit iustitiæ: dicit enim Boeth. in lib. de hebdom. quod bonum essentiam, iustum uero actum respicit: ergo iustitia non competit Deo.

Huius lib. titulus est. An omnia quod est, bonum sit circa suam essentiam.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 10. Iustus Dominus, & iustitiam dilexit.

Respondet dicendum, quod duplex est species iustitiæ: Vna quæ consistit in mutua datione, & acceptione: ut puta quæ consistit in emptione, & venditione, & alijs huiusmodi communicationibus, vel commutationibus. Et hæc dicitur à Philosopho in 5. Ethicorum iustitia commutativa; vel directiua commutationum, siue communicationum: & hæc non competit Deo, quia ut dicit Apосто. Rom. 2. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Alia, quæ consistit in distribuendo: & dicitur distributiua iustitia, secundum quod aliquis gubernator, vel dispensator datur unicuique secundum suam dignitatem. Sicut igitur ordo congruus familiaris,

Lib. 5. Ethic. cap. 4.

K r vel

Dilectum pri-
mum.
Alex. ad.
Petrum in 4.
q. 1. dicitur
fuisse à Chri-
sto magis
dilectum, qui
dicitur.
Prouerb. 8.
Ius 14.
Ius 112.
Gab.
Nazian.
Cyril. Alex.
Hieron.
Augu.
Ius 14.
Alex. ad.
Petrum in 4.
q. 1. dicitur
fuisse à Chri-
sto magis
dilectum, qui
dicitur.
Prouerb. 8.
Ius 14.
Ius 112.
Gab.
Nazian.
Cyril. Alex.
Hieron.
Augu.

vel cuiuscumque multitudinis gubernata demonstrat huiusmodi iustitiam in gubernante: ita ordo vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quam in rebus voluntarijs, demonstrat Dei iustitiam. Vnde dicit Dionys. 8. c. de diuin. nomin. Oportet videre in hoc veram dei esse iustitiam, quod omnibus tribuit propria, vniuscuiusque existentium dignitatem: & vniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine & virtute.

Ad primum ergo dicendum, quod virtutum moralium quædam sunt circa passionem, sicut temperantia circa concupiscentias, fortitudo circa timores & audacias, mansuetudo circa iram. Et huiusmodi virtutes deo attribui non possunt, nisi secundum metaphoram, quia in deo neque passionem sunt, vt supra dictum est, neque appetitus sensitivus, in quo sunt huiusmodi virtutes sicut in subiecto, vt dicit Philosophus in 3. Ethic. Quædam vero virtutes morales sunt circa operationes, vt puta circa dationes & sumptus, vt iustitia & liberalitas, & magnificentia, quæ etiam non sunt in parte sensitiva, sed in voluntate. Vnde nihil prohibet huiusmodi virtutes in deo ponere: non tamen circa actiones ciuiles, sed circa actiones deo conuenientes. Ridiculum est enim secundum virtutes politicas deum laudare, vt dicit Philosophus in 10. Ethic.

Ad secundum dicendum, quod cum bonum intellectum sit obiectum voluntatis, impossibile est deum velle nisi quod ratio sua sapientie habet. Quæ quidem est sicut lex iustitiae, secundum quam eius voluntas recta & iusta est. Vnde quod secundum suam voluntatem facit, iuste facit, sicut & nos quod secundum legem facimus, iuste facimus. Sed nos quidem secundum legem alicuius superioris, deus autem sibi ipsi est lex.

Ad tertium dicendum, quod vnicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicuius, quod ad ipsum ordinatur. Sicut seruus est domini, & non e conuerso. Nam liberum est, quod sui causa est. In nomine ergo debiti importatur quidam ordo exigentiae vel necessitatis alicuius ad quod ordinatur. Est autem duplex ordo considerandus in rebus. Vnus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum. Sicut partes ordinantur ad totum, & accidentia ad substantias, & vnaquæque res ad suum finem. Alius ordo, quo omnia creata ordinantur in deum. Sic igitur & debitum attendi potest dupliciter in operatione diuina. Aut secundum quod aliquid debe-

tur deo. Aut secundum quod aliquid debetur rei create.

Et vtroque modo deus debitum reddit. Debitum enim est deo, vt impleatur in rebus id, quod eius sapientia & voluntas habet, & quod suam bonitatem manifestat. Et secundum hoc iustitia dei respicit decentiam ipsius, secundum quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum etiam est alicui rei create, quod habeat id, quod ad ipsam ordinatur. Sicut homini quod habeat manus, & quod ei alia animalia seruiant.

Et sic etiam deus operatur iustitiam, quando dat vnicuique quod ei debetur secundum rationem suam naturæ, & conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo: quia hoc vnicuique debetur, quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem diuinæ sapientie. Et licet deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo iustitia quandoque dicitur in deo condecencia suæ bonitatis: quandoque vero retributio pro meritis. Et vtrumque modum tangit Anselmus dicens: Cum punis malos, iustum est: quia illorum meritis conuenit. Cum vero parcis malis, iustum est: quia bonitati tuæ condecens est.

Ad quartum dicendum, quod licet iustitia respiciat actum non tamen per hoc excluditur quin sit essentia dei: quia etiam id, quod est de essentia rei, potest esse principium actionis. Sed bonum non semper respicit actum, quia aliquid dicitur esse bonum non solum secundum quod agit, sed etiam secundum quod in sua essentia perfectum est. Et propter hoc ibidem dicitur, quod bonum comparatur ad iustum, sicut generale ad speciale.

Duplex conclusio communiter elicitur ex hoc articulo. Prior est: In deo non est iustitia commutativa. Posterior est: In deo est iustitia distributiva. Mens tamen S. Th. & veritas vtriusque duabus sequentibus disp. examinabitur.

DISPUTATIO LXXXV.

An in deo sit iustitia commutativa.

Recens quorundam Theologorum opinio, c. 1.
Iustitiam commutativam secundum proprietatem in deo non esse, verior sententia est, & omnium Theologorum consensu probata, c. 2.
Premittuntur quædam in confirmationem præcedentis sententiæ, c. 3.
In deo non esse iustitiam commutativam secundum proprietatem ex ratione dati & accepti probatur, c. 4.
Ex conditione dei & creaturæ idem ostenditur, c. 5.
Nullam ex promissione obligationem iustitiæ proprie in deo oriri, c. 6.
Soluuntur argumenta prioris sententiæ, c. 7.

CAPVT

Cap. 2. non
procul à h. &
c. 9. à modo.

2. 19. a. 11.
c. 9. 20. a. 1.

Lib. 3. Eth.
c. 10.
Lib. 10. Eth.
c. 8.